deserta sina montis occu ... q 5
homo hebreus recipere potuit· uel filius hominis· qu
illic fontes amari obdulcati sunt eis ad bibendum· & per
annos ·xl· annonam de celo consecuti sunt· Ubicumque
ingressi sunt sine arcu & sagitta & absque scuto & gla
dio· deus eorum pro eis pugnauit & uicit & non fuit qui insul
taret populo isti· nisi quando recessit a cultura domini
dei sui; Quotienscumque autem preter ipsum deum suum alterum
coluerunt· dati sunt in predam & in gladium & in obprobrium.
Quotienscumque autem penituerunt se recessisse a cultura
dei sui, dedit eis deus caeli uirtutem resistendi; Denique
chananeum regem & gebuseum & ferezeum· & cetheum.
& eucheum· & amorreum· & omnes potantes in esebon pro
strauerunt· & terras eorum & ciuitates eorum ipsi posse
derunt· & usque dum non peccarent in conspectu dei sui·
erant cum illis bona; deus enim illorum odit iniquitatem·
Nam & ante hos annos cum recessissent a uia quam dederat
deus illis ut ambularent in ea exterminati sunt pre
lius multis a nationibus· & plurimi eorum captiui abducti sunt
in terram non suam· Nuper autem reuersi ad dominum deum suum ex disper
sione qua dispersi fuerant adunati sunt· & ascenderunt montana
haec omnia & iterum possident hierusalem ubi sunt sancta eorum·
Nunc ergo mi domine perquire si est aliqua iniquitas eorum
in conspectu dei eorum· ascendamus ad illos ... deus